

2 V 9 0 3 1 9 3 E P I S C O P A S

o h u m e n s i o n e s D e l c u r s u s D e l l a V i t a

**Bulla legationis  
Reuerendissimi et  
Illustrissimi dñi:  
domini A. Cardi-  
nalis de Monte:  
Episcopi Portu-  
ensis; in alma Urbe  
Legati de latere.**



C L E M E N S      E P I S C O P V S

Seruus seruorum Dei, Venerabili fratri, Antonio  
Epo Portuensi Cardinali de Monte nuncupato,  
in Vrbe, eiusque territorio et districtu, nostro et  
Apostolicæ Sedis Legato, Salutem et Apostolis-  
cam benedictionem.

**L**Icet potestatis plenitudo desuper nobis com-  
missa sit, et uniuersi gregis dominici, diuina dis-  
ponente clementia, curam habeamus, finē tamē  
humanæ possibilitatis excedere non ualētes, consideran-  
tesq; q; circa singula per nosmet ipsos apost. seruitutis  
debitum absoluere non possumus, nonnūq; aliquos et  
præcipue. S. R. E. Cardinales, in sollicitudinibus partem  
assumimus, ut ipsis uices nostras supplétibus, ministeriū  
nobis cōmissū fauente pietate supna, facilius, efficacius,  
et salubrius exequamur. Et quāuis ad cunctog; Christi/  
fidelium pruincias, ciuitates, atq; loca paternū studium et  
diligētiā adhibeamus, ad almā Vrbē tamē nostrā, aciē  
nostræ cōsiderationis paternis affectibus dirigētes, illā,  
ciues, incolas, et habitatores eiusdē tanq; peculiares fi-  
lios, et deuotos, diligentiori cura intuemur, et sup eorū  
felici regimine, pacifico et trāquillo, desiderātes specia-  
liter puidere, ut præseruēt a noxiis, et optatis pfruantur  
incrementis, cum charissimus in Christo filius noster

**C A R O L V S R O M A N O R V M**  
et Hispaniarum Rex catholicus in Imperatore electus  
omnibus suis regnis dimissis, ut reip. Christianæ opem  
ferret, ad Italiam uenerit, Regibus et principibus Christia-  
nis ac Italiam potētati bus pacē offerens, et p huiusmodi

uniuersali pace facilius cōponenda, nup nobis suis litte  
ris significauerit plurimū expedire, ut in ciuitate nostra  
Bononiæ q̄ celerius fieri possit, insimul cōueniremus,  
ut totā Italiā tādē a tot calamitatibus liberaremus, illiq̄  
uerā pacē daremus, ut cū eisdē Regibus, Principibus,  
et potētatisbus Turcarū tyranno, cum potētiss. exercitu  
ad de nouo regnū Hungariæ inuadendū et occupandū  
ueniēti, non solū resisti, sed ipse cū toto eius exercitu,  
dño cōcedēte p̄fligari possit. Et ppter ea tam eius pio  
desiderio satisfacere, et ab ipsa Vrbe discedere, ac ad di  
stā ciuitatē Bononiæ nos cōferre, dimissis in eadē Vrbe  
palatii nostri causarū, et curiæ causarū Cameræ apost.  
audientia, necnō Gubernatore seu Vicecamerario, ac Vi  
cario seu eius Locūteneñ., et Senatore eiusdē Vrbis, ac  
aliis eiusdē Officialibus, Cancellariā nostrā cum plūbo,  
capella, et nōnullis eiusdem Cancellariæ et Curiae R.o.  
Officialib. nobiscū ducere intēdamus, N O S uolentes  
interim bono et felici dictæ Vrbis ac R.o. Curiae regi/  
mini p̄uidere, et ad te, qui opere quidē potens es, et ser/ Eximiæ vir  
mone, ac quē in magnis expertū et arduis, eximia doctri/ tutes R.e  
na, pbitate et fidelitate, rerūq̄ gerendarū experientia, et rendiss. Le  
præcipua prudētia ac integritate cōprobatū habemus, gati.  
mentem nostram potissime cōvertentes, ac sperantes, q̄  
ea, q̄ tibi duxerimus cōmittēda, gratia tibi assistente di  
uina, circūspecte, prudēter, iuste, et fideliter exequoris,  
T E , in Vrbe prædicta, eiusq̄ territorio et districtu, ac  
terrīs et locis illi adiacentibus, nostrum et dictæ Sedis  
**L E G A T U M D E L A T E R E**, Legatus de  
ac in spiritualibus et temporalibus Vicariū generalē, de latere ac in  
Venerabiliū fratrū nostro S. R. E. Cardinaliū cōsilio, spirituali-

*bus et tem* auctoritate Apostolica tenore præsentium usque ad nostrum poralibus beneplacitū dūtaxat, uel redditū ad eandē Vrbē, creamus  
**Vicarius** cōstituimus, et etiā deputamus. ¶ Dantes tibi harū se  
*generalis.* rie, pariter et cōcedētes plenā, liberā, et omnimodā po  
testatē, facultatē et auctoritatē, Vrbē et loca predīcta cū  
eius territorio, districtibus, et pertinētiis, necnō personas,  
ciues, habitatores, et curiales, et R.o. Curiā sequētes, seu  
ad eādem ūdecūm uenientes, dum in ea fuerint seu in ea  
degētes, et incolas eiusdem, cuiuscūm status, gradus, or  
dinis, præminētiæ, dignitatis etiam pretificalis fuerint,

**Etiā cōtra** ac eiusdē R.o. Cur. officiales existāt, etiā si se exēptos  
*exemptos.* a quoque legatiōis officio prætēderint, nostro et R.o.

Eccl. nomine, gubernandi, administrandi, prout coelestis  
gratiæ infusio, et tua prudentia administrabūt, reformā  
di et corrigēdi, occupata recuperādi, necnō illa et alia  
deformata in statū pristinū reducendi, et iurisdictionem

**Facultas** omnimodā exercēdi, ciuiles et criminales, ecclesiasticas  
**cōmittēdi** et spirituales, et sup quobuscūm monasteriis, prioratibus,  
**quascūque** præposituris, canonicatib. et probendis, dignitatibus, profo  
**causas ubi** natibus, administrationibus, officiis, coeterisque bonficiis  
**quo locorū.** ecclesiasticis cū cura et sine cura, secularibus et quorū/  
cungue ordinū regularibus, et profanas ad forū ecclesiast.  
quocūm iure spectan, ac mixtas quascūm tera in dominio  
nostro quod extra proappellationes extrajudiciales uel gene  
rales querelas, etiā nō obstante, quod ad ipsam curiā legitimi  
me deuolutze, aut in illa de iuris necessitate tractādze, seu  
finiēdze nō existant, illarūm et etiam aliorū quorūcūm  
a quobuscungue iudicibus ecclesiasticis, et secularibus, qua  
cungue auctoritate, dignitate seu preminentia fulcitis, ad  
nos et R.o, cum, ac sedē hmōi, et pro quobuscūm gtauaminis

bus, uel diffinitiis sententiis, per tempore interpositis, prima  
riarum et secundarum ac ulteriorum appellationum causas una  
cum negotio principali, cointerfectim vel diuisim vel alias propter  
tibi usum fuerit, ac omnibus et singulis earum incidentibus,  
dependentibus, et emergentibus, annexis et conexis, in eadē  
urbe, et extra eā ubi cū loco, ppterque in locis, in quibus  
cum nostra Curia residebit, etiam sumarie simpliciter et  
de pleno sine strepitu et figura iudicii, sola facti uerita,  
te inspecta, aut alias iuxta casuum exigentiam et propter tibi  
uidebitur, etiam cum postestate citamen. in eadē Cu. Ro. et  
extra, etiam per edictum publicum, constituto sumarie de non  
tuto accessu, ac inhibeñ, quibus et quoties fuerit inhibeñ  
dum, audiendas, cognoscendas, decidendas et fine debito  
terminandas committetur. Et parimodo inter Auditores distribue  
dicti palatii nostri, seu eorum locateneñ, distribui, ut mo<sup>di</sup> inter  
tis est, facieñ, et per Signaturā nomine nostro, Videlicet. Auditores  
Rota.

## Placet Domino nostro Papæ.

Sicut alii dictæ Vrbis Legati facere consueuerunt, Ac eis  
de auditoribus et locatenetibus, seu aliis quibuscumque praes/  
latis uel iudicibus, tam in Ro. cu. q̄ extra committendi,  
seu per te vel alium, seu alios audieidi, cognoscendi etiam summa  
rie, simpliciter et de pleno, sine strepitu et figura iudi  
cii ut perfici, etiam reiteratione terminorū ex stilo curiae,  
seu natura causarum obseruari consuetorum, ac et illorū  
omissione, illasque decidendi et terminandi, causasque ipsas  
quando tibi placuerit, ab illis, quibus commissæ fuerint, tam  
in dicta curia que extra eam ad te aduocādi, et aliis committē  
di, et quascunq; sententias per te seu etiam per alios iudices

Modus sig

quoscūq; latastā in R.o. cu. q; extra eā, etiam si in rem  
trāsuerint iudicatā, executioni debitā demādādi, cum  
decreto litteraꝝ executorialiū seu mādati executiui, et  
cum inuocatione brachii sacerdotalis, nullitates pcessuū,  
actorū, gestorū, et sentētiag; tollendi et finiendi, ac resti-  
tutionē in integrū aduersus rem iudicatam, etiā si tres  
sententiae cōformes latæ fuerint, etiam gratiose cōcedē-  
di, dictarum causarum cognitionem, terminationem, et  
executionem ac cursum instantiarū, uel etiam fatalium

**D**isponēdi suspendendi, ac restitutionē ad illa cōcedeñ . Omniaq;  
*de benef.* et singula beneficia ecclesiastica, cū cura et sine cura, sā  
ciis cōsistē cularia, et ordinum quorūcūq; regularia, et si dignitates  
tibus intrā etiam maiores et principales fuerint, et ad illa consueue-  
*limites le-* rint, qui p electionem aut alium modum assumi, intra li-  
*gationis.* mites tuæ legatiōis cōsistētia, basilicæ principis Apost.  
de Vrbe, ac Laterañ, et beatæ Mariæ maioris Ecclesiasq;  
canonicatib. et p̄bendis, et illis q; ad collationē alicuius  
ex Veñ, fratribus nostris, S. R. E. Card. præfatis, respectu  
Episcopatuū titulorū suorum p̄biteralium aut diacono-  
norū, uel alias quocūq; modo ptinent, dūtaxat exceptis,

**D**e benef.  
*ciis fami-* Ac quorūcung; familiarium tuog; cōtinuorum cōmen-  
*liarium.* salium, nūc et p tēpore existentium, etiam si ab ipsa fa-  
miliaritate recessissent, et in qbuscūq; p̄uinciis seu locis  
cōsistant beneficia eccl. et si dispositioni apost. specia-  
liter uel alias ex quauis causa et de necessitate exprimen-  
da ppterq; familiaritatis nostræ, aut quo ad ea, quæ ad dis-  
positionē tuā ratione ecclesiaꝝ uel bñficiorum tuorū,  
non ptinent, alicuius Card. uiuētis generaliter reseruata,  
seu ex quauis generali reseruatione affecta fuerint, cum  
illa pcessus uel decessus aut alias quauis dimissiones illa

nunc et p tēpore obtinētiū, etiā illorū cōmendis cessan  
tibus, uel unionibus tēporalibus dissolutis, uel alias quo  
cunq; modo uacare cōtigerit, quibusuis psonis, de qbus  
tibi uidebitur, etiā quæ cunq;, quotcunq; et qualiacunq;  
beneficia eccl. obtinētibus et expectātibus. Necnō et si *de benef.*  
extra limites tuæ legationis bñficia aliqua ut supra, qua *cis cōsistē*  
lificata, i ciuitatibus, dioecesib; et locis per duas dietas *tib. extra,*  
dictæ urbi ppinq; uacauerint, et si (ut pfertur) reser*et uacātib.,*  
uata fuerint, dūmodo aliquod ipso&bñficiotū reserua, *intralimio*  
torū, pr̄xterq; ex familiaritate tua i dictis ciuitatibus et *legatio*  
dioecesib; uacātiū hmōi summā seu ualorē annuū, se, *nisi.*  
cūdū cōmunē estimationē, Vigintiquattuor florenorū  
auri de cam. non excedat, psonis idoneis per te eligēdis  
cōferendi, et de illis etiā puidendi, seu illa aliis bñficiis  
eccl. ad uitā uniendi, adnectēdi et incorporādi, uerosq;  
ultimarū uacationum modos, etiā si ex illis quæuis ge,  
nerales reseruationes etiam in corpore iuris clausæ resul  
tent, p expressis habédi. Ac etiā in ipsa Vrbe, qđiu ab  
ea ablentes fuerimus, i quoscūq; curiales, et ipsam curiā  
sequentes, seu cortisanos et officiales quoscunq; ipsius  
curiæ nostræ, et ipsorū officiorū p̄sidentes cuiuscūq; *Exercēndt*  
dignitatis, status, gradus, ordinis, uel conditionis fuerint, *iurisditio-*  
dūmodo. S.R.E.Card. nō existant, omnimodam iuris *nem.*  
ditionem exercēn. eosq; pro excessibus punieñ. et p̄t  
demereant seu deliquerint, a suorum officiorū exercitio  
suspenden. et p̄t iustitia suaserit, eos eisdē officiis suis  
priuandi et delituendi. Necnon etiā inter comites, ba  
rones, et milites, dominos tēporales et nobiles, ac perso  
nas alias sæculares et eccl. necnō cōmunitates et uniuersi  
tates ac populos et omnes alios sæculares discordes et

differētes, V̄ibis, terrarū, locorum et districtus p̄dictorū  
pacē et cōcordiā facieñ. et inter eos treguas indicendi,  
ipſosq; ad eas et ipsaq; obſeruantia qbuscung; poenis,  
districtionibus, ſentētiis et censuris, p̄t tibi uidebitur,  
cōpelleñ. concordes in unitatis et charitatis uinculo cō  
ſouēdi et cōfirmādi, Rebelles et delinquētes, ac eiusdē  
**Ro.** eccl. hostes cēſuris et poenis tā eccl. q̄b; aliis etiam  
pecuniariis et corporis afflictuis arcēdi. et corrigen̄. et  
**Dispēſandi** ad nostrā et dictæ **Ro.** eccl. unitatē reduceñ. Necnō cū  
super incō tuis et, V. platoꝝ ſe aſſerētiū familiaribus et cōtinuis cō  
patibilitaꝝ mēſalibus, et. x, quos tu elegeris, pſonis aliis ad duo, et si  
tem.

nobiles uel graduati fuerint, ad tria, ſeu cū dispēſatis ad  
duo, ad tertiu curata, dūmodo inter illa nō fuerint niſi  
duæ parrochiales eccl. ſeu alias inuicē incōpatibilia ſe  
cularia, et ſi dignitates et maiores et principales, pſonat  
tus, administrationes, uel officia etiā curata et electuaria  
cathedralibus etiā metropolitanis uel collegiatis eccles  
iis parrochiales ecclesiæ uel earū ppetuæ uicariæ fue  
rint, et ad duo alia etiā ſimilia ſimplicia, non tamē duos  
canonicatus et p̄bendas ſub uno et eodem teſto unius et  
eiusdē eccl. conſiſtentia, ſi eis et cui libet eoꝝ alias cano  
nicē cōferantur, aut eligātur, pſenten̄, uel alias affuman  
tur ad illa et instituātur in eis inſimul ad uitā, cū potesta  
te pmutandi et cōmendæ cedēdi totiens quotiens in ti

**Dispēſandi** tulum et cōmēdam reſpectiue obtinēda. Necnon ſup  
super ætaꝝ ætate in decimo octauo dispensandi ſup ætatis et nata  
tis et nataꝝ lium et defectibus ad unū, et in uigesimo ad duo, necnō  
liū defecti ſup nataliū defectibus patientibus ad quæcūq;, quotcū  
bus. q; et qualiacūq; beneficia ecclesiastica, etiā ſi canonica  
tus et p̄bendæ in cathedralibus etiā metropolitanis uel

super iis cōmentaria, interpretationesue facere absq; spāli ipsius Leonis p̄ædecessoris uel sedis apostolice licentia p̄æsumeret. Si quis autem ausu temerario contraueniret, excōmunicationis latæ sententiae poenam eo ipso incurret, prout i ipsius Leonis p̄ædecessoris literis p̄ædictis plenius continetur.

Nos qui eiusdem Leonis Papæ non minus laboris & curæ, quā officii successores facti sumus, nihil magis animo ac cordi nostro fixū habentes q̄s ut Reformatio morum & alia per ipsum Leonē in dicto cōcilio statuta & ordinata debite obseruētur, Ecclesiasticaq; Disciplina iuxta statuta p̄ædicta ad seueritatis normam reuocetur, ut placato per uitæ emendationem Deo, dominicum gregem curæ nostræ commissum per vias rectas ad salutis portū perducere possimus, ipsiq; animas suas Deo lucrifacere ualeant, trāsgressores uero statutorum huiusmodi iuxta poenas supradictas a suis iudicibus puniantur, salubriter prouidere uolētes, habita super his cum Venerabilibus fratribus nostris. S.R.E. Cardinalibus matura deliberatione, & de eorum consilio, ac unanimi consensu, statuta, & ordinationes Leonis p̄ædecessoris supradicta dūtaxat, (præterquā quo ad Capuciū p̄ Canonicatus & p̄æbēdas, ac dignitates in cathedralibus, ac principalem in collegiatis ecclesiis obtinentes, & Capellanos eorumdem cardinalium coram eis missas celebrantes in publico deferendum, ad quod Curiales propriū domicilium in curia non habentes, in eadē curia gestandum minime arctari decernimus) authoritate Apo-

stolica, tenore præsentium tam in dicta curia, q̄d extra  
eam ubiq̄ locorū obseruari debere, mandamus, atq̄  
decernimus. Quo uero ad habitum Clericorum, hoc  
declarandum fore duximus, uidelicet, q̄ clerici bene  
ficiati aut in sacris ordinibus constituti camisas li  
neas circa collum & brachia rugis & crispis labora  
tas, ac foeminas potius q̄d uiros decentes minime ge  
stent, sed honestas uestes honesti coloris grauitatē &  
honestatem repræsentantes deferant, ut per habitum  
& uestitum huiusmodi simplicitatem uera Sacerdotia  
lis dignitas appareat, & bonarū métium puritas atq̄  
simplicitas eluceat, signūq̄ feratur coelestis militiæ,  
in qua omnipotēti Deo & filio eius Domino nostro  
Iesu Christo Christifideles omnes, præcipue uero Cle  
rici tenetur deferri. Mandātesq; Venerabilibus fra  
tribus nostris Primatibus, Patriarchis, Archiepiscop  
piis, & Episcopis, ac aliis quoruncūq; locorū ordina  
riis, & i alma uero Urbe nostra Vicecamerario, ac di  
ctæ Vrbis Gubernatori, & Cameræ Apostolicæ gene  
rali Auditori pro tempore existentibus, ad quos præ  
sentes (quas in ualuis dictæ Basilicæ principis Apo  
stolorum, ac Lateraneñi, Ecclesiæ, & Cancellaria Apo  
stolica affigi mandamus, & in Urbe post unum, extra  
uero eam duos menses ab earum publicatione ligare, i  
authoritate, & tenore præmissis decernimus) seu earū  
exempla sub sigillis authenticis in dicta Urbe, aut alibi  
fideliter impressa puerent, quatenus ordinarii præ  
fati illas p suas Prouincias & Dioceſes quāto ocyus  
poterunt publicari, ac debitæ executioni demādari,

super iis cōmentaria, interpretationesue facere absq; spāli ipsius Leonis p̄zdecessoris uel sedis apostolicae licentia p̄zsumeret. Si quis autem ausu temerario contraueniret, excōmunicationis lat̄e sententiæ poenam eo ipso incurret, prout i ipsius Leonis p̄zdecessoris literis p̄dictis plenius continetur.

Nos qui eiusdem Leonis Papæ non minus laboris & curæ, quā officii successores facti sumus, nihil magis animo ac cordi nostro fixū habentes q̄b ut Reformatio morum & alia per ipsum Leonē in dicto cōcilio statuta & ordinata debite obseruētur, Ecclesiasticaq; Disciplina iuxta statuta p̄dicta ad severitatis normam reuocetur, ut placato per uitæ emendationem Deo, dominicum gregem curæ nostræ commissum per vias rectas ad salutis portū perducere possimus, ipsiq; animas sias Deo lucrifacere ualeant, trāsgressores uero statutorum huiusmodi iuxta poenas supradictas a suis iudicibus puniantur, salubriter prouidere uolētes, habita super his cum Venerabilibus fratribus nostris. S.R.E. Cardinalibus matura deliberatione, & de eorum consilio, ac unanimi consensu, statuta, & ordinationes Leonis p̄decessoris supradicta dūtaxat, (præterquā quo ad Capuciū p̄ Canonicatus & p̄z bēdas, ac dignitates in cathedralibus, ac principalem in collegiatis ecclesiis obtinentes, & Capellanos eo rūndem cardinalium coram eis missas celebrantes in publico deferendum, ad quod Curiales propriū domicilium in curia non habentes, in eadē curia gestandum minime arctari decernimus), authoritate Apo-

stolica, tenore præsentium tam in dicta curia, q̄ extra  
eam ubiq̄ locorū obseruari debere, mandamus, atq̄  
decernimus. Quo uero ad habitum Clericorum, hoc  
declarandum fore duximus, uidelicet, q̄ clerici bene  
ficiati aut in sacris ordinibus constituti camisas li  
neas circa collum & brachia rugis & crispis laboras  
tas, ac foeminas potius q̄ uiros decentes minime ge  
stent, sed honestas uestes honesti coloris grauitatē &  
honestatem repræsentantes deferant, ut per habitum  
& uestium huiusmodi simplicitatem uera Sacerdotalis  
dignitas appareat, & bonarū métium puritas atq̄  
simplicitas eluceat, signiūq̄ feratur cœlestis militiæ,  
in qua omnipotenti Deo & filio eius Domino nostro  
Iesu Christo Christifideles omnes, præcipue uero Cle  
rici tenetur deseruire. Mandatesq̄ Venerabilibus fra  
tribus nostris Primitibus, Patriarchis, Archiepiscop  
piis, & Episcopis, ac aliis quorunciuq̄ locorū ordina  
riis, & i alma uero Vibe nostra Vicecamerario, ac di  
ctæ Vrbis Gubernatori, & Cameræ Apostolicæ gene  
rali Auditori pro tempore existentibus, ad quos præ  
sentes (quas in ualuis dictæ Basilicæ principis Apo  
stolorum, ac Lateraneñ. Ecclesiæ, & Cancellaria Apo  
stolica affigi mandamus, & in Vibe post unum, extra  
uero eam duos menses ab earum publicatione ligare,  
authoritate, & tenore præmissis decernimus) seu earū  
exempla sub sigillis authenticis in dicta Vibe, aut alibi  
fideliter impressa puerint, quatenus ordinarii præ  
fati illas p suas Prouincias & Dioceſes quanto ocyus  
poterunt publicari, ac debitæ executioni demādari,

illarumque transgressores nulla præcedēte monitione,  
de transgressione conuictos poenis in eis cōtentis pu/  
niri faciant, ipsique Vicecamerarius Gubernator, & Au/  
ditor, ac alii dicte Vrbis Iudices competentes, trans/  
gressores ipsos etiā grauioribus poenis iuxta eorū arbi/  
trium, facto tamen nobis ac Ro. Pont. pro tempore  
existenti, uerbo, punire possint & ualeant. Temporales  
uero Dominos hortamur & in Domino monemus, ut  
in terris & Dominiis suis præmissa seruari, & laicos  
contrafacientes debitis poenis puniri faciant.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam  
nostrorum mandati, decreti, hortationis, & monitio/  
nis infringere, uel ei ausu temerario contraire. si quis  
autem hoc attentare præsumperit, indignationem  
omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apo/  
stolorum eius, se nouerit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incar/  
nationis Dominicæ Millefimo quingentesimo  
**XXIIII.XI. Calen. Decembris. Pontificatus nostri**  
**Anno primo.**

Cum Gratia & Priuilegio. S. D. N.



CLEMENS VII.